

Et V: c. 23, §81.

*lamer in then mahin.*

*bi sinen éregrehtin.*

Semper in potentiis

per glorias suas.

Et I: 4, 33. de populo orante:

*Sie uuarun iro henti*

*xi Gote heffenti,*

*Sinero éregrehti*

*uuarun thiggenti.*

Erant suas manus

ad DEVM tollentes,

Ejus glorificationi

erant inservientes.

Vox ex *Ere*, honor composita & *gerehti* sive *kerehti*, quod kero vindictam interpretatur. *Rehcham*, ultor, idem. significat itaque propriè gloriæ, honoris & Majestatis tuitionem & vindicationem, quam Regi apprecatur Poëta, à qua salus populi dependet ac vicissim. Felicitatem temporum ab auspicio Regio dependere, communi Gentium consensu constat: atque ut sanitas capitis & membrorum una sanitas est: ita capiti prærogativa hætenus debetur, quippe quod operationibus ad totius corporis salutem tuendam, præcellat.

